

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Voluntas s  
cum uariis

Volens Deus rationabilem creaturam uoluntarii boni munere et liberi arbitrii potestate dotare ut boni ac mali capax, utrumque naturaliter posset et ad alterum uoluntate deflecteret. Licet quippe nobis eligere, refutare, probare, respuere. Nec est quo magis rationabilis creatura ceteris prefertur, nisi quod cum omnia alia conditionis tantum ac necessitatis bonum habeant, hec sola habet eciam uoluntatis.

Ieronymus ad Demetriadem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

dotare] dotate C; et ad] ad *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; nobis] hec *add. (del. sub lin.)* B; rationalis] rationalis B C P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; preferatur] preferatur P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; habet *om.* M; Ieronymus ad] ad *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>